



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

De Reditibvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

DE REDITIBVS.

Reditus sunt duplices, alij constituti sunt à legitima potestate in bonis subditorum. Hi si sunt moderati, sicut uestigalia esse conuenit, sunt liciti. Nam magistratibus debetur stipendium, ut Rom. 13. scriptum est. Ita & Deus constituit sacerdotibus decimas. Cæterum potestates uiderint, ne immodice onerent bona subditorum, quia peccant contra hoc mandatum Dei, Non furaberis, cum sine iusta & necessaria causa ad rem publicam pertinente, onerant populum nouis aut immodicis tributis, quia populus habet proprietatem in suis rebus, sicut historia de Na both testatur, 3. Regum 21.

Alij reditus sunt priuato arbitrio constituti, ut cum aliquis constituit in fundo certo seruitutem pro precio, ut aliis inde quotannis habeat certam pecuniam, aut certos fructus. Hi contractus etiam sunt liciti, scilicet, si sint uerae uenditiones, hoc est, si fundus possit sustinere hoconus, & in contractu uerè insit fundus, unde reditus sit soluendus. Tales reditus uendere, emere, & possidere licitum est. Ut enim licet totum fundum uendere, ita fundi partem. Aut, ut licet in fundo iter, aut actum constituere, ita licet hanc seruitutem constituere, ut aliis accipiat aliquam

G S partem

partem fructuum, si tamen fundus id onus sustinere possit, & scruetur in emptione mediocris & qualitas. Ac tales emptiones non sunt uitiosæ pacto redemptionis. Cum igitur maneat natura emptionis, etiamsi tale pactum accedit, licet emere, vendere, & possidere fundos aut redditus cum pacto de reuendendo.

DE VSURIS.

Licet ne usuras accipere?

Non licet. Quia Christus inquit, Mutuum date, nihil inde sperantes. Et lex prohibet Deuteronomio 23. Fratri tuo absque usura mutuabis id quod indiget. Et psalmo. 14.

Vsuræ qd. Qui pecunias suas ad usuram non dedit. Et Eze & cur in= chiel. 18. Sunt autem usuræ, quando in mutuatio= iustæ. ne paciscimur, ut aliquid supra sortem nobis propter ipsam mutuationem detur. Ideo autem sunt iniustæ usuræ, quia exigitur non debitum, Sol= uens enim mutuum nihil amplius debet, & tamen amplius exigitur pro nulla re. Ergo non scruta= tur & qualitas. Et hæc causa est, cur usuræ ex= hauriant ciuitates, quia fœneratores auferunt plu= rimum, pro quo nihil recipit soluens. Non po= test igitur talis cōmunicatio esse perpetua, cum non sit mutua compensatio.

E